AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 139r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26328
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cubitorum amplitudinem caritatis. que iuxta precepta. iiii.
euglioꝝ dilatatur ostendit. Quinquaginta anse quibus 55
saga iunguntur. humilitatem compunctionis eorum desig
nant. que spiritu sancto largiente conceditur. que enee fieri iu
bentur. quod metallum ceteris sonorius est. ut per hoc confessionis
& predicationis eorum sonus ostendatur. Magnam enim uocem
habet apud deum humilis conscientia iustorum. Quomodo autem
inter predicatores illi ut ait beda maximo honore
digni sunt. qui propter predicationis officium pro xpo sanguinem
suum fundunt. recte de pellibus arietum operimentum
fieri aliud precipitur. Rubricate pelles arietum sunt apostoli
& imitatores eorum qui usque ad martyrium predicare non
cessant. ut tutius subiectos a temptationibus protegant.
Operiunt enim tectum tabernaculi & a tempestatibus protegunt. 55
dum predicatores exemplo passionis & pacientie corda
infirmorum ne pressuris mundi deficiant. muniunt.
Aliud quoque operimentum quod de pellibus iacinctinis huic super
ponebatur. illorum conuersationem designat. qui celestem interius
uitam gerunt. & inter homines positi angelicam purita
tem imitantur. qui uirginitatem mentis & corporis firmiter
custodientes in carne non carnaliter uiuunt. Unde
& aliis operimentis superposite pelles iacinctine locum
supremum obtinent. ut uirginales chori speciali ui
cinia agnum secuturi. & laudes ei canituri desig
nentur. hii sunt enim quibus agnum quocumque ierit sequentibus
fructus uite debetur centesimus. qui eo uicinius inmaculato
agno coheserunt. quo diligentius a labe pudoris se in